

San Pablo de Burgos
Bonaire 1665.

Dedicato al Reverendissimo P. Fr. Pedro
de Sancho Domingo Bermejo Provinciale
de la Compañía de Jesús en su Provincia

Antonio de la Cabeza Procurador General
y Director del Colegio de San Pablo de Burgos

Y a su Padre el Fr. Joaquin de la Cabeza
Procurador del Sacro y Supremo Inquisitorio

en su Oficio, Cofrade del Immaculado Corazón
de María, Clérigo de la Catedral de Burgos

en su Oficio de Oficina, Es idem Procurador
del Colegio de San Pablo de Burgos

Y Provincial de la Provincia
de Burgos.



Malleus Olearius, Oficina Iesuini Antoloni de
Lugo, Sancta Iosephi Imprimitorum
Anno Domini MDC LXV.

Journal de la vie
de J. P. Marcellin

ACTA
CONGREGATIONIS
PROVINCIÆ HISPANIAE ORDI-
nis Prædicatorum, celebratæ in Conuē-
tu Sancti Dominici Benauentani, Domi-
nica Deus qui errantibus die 26.

Aprilis Anno Domini

1665

SVBR. A.P.M. Fr. IOANNE MAR-
tinez de Prado, M. Supremæ Inquisitionis,
Senatus, Calificatore, olim Primariæ Theo-
logorum Cathedræ in Vniuersitate Complu-
tensi Moderator, & ibidem, Regente
Emerito nostri Collegij Sancti Tho-
mae, & Prouinciali huius
Prouincie.



Vallis-Oleti: ex Officina Ioannis Antolini de
Lago, Sanctæ Inquisitionis Impressoris,
Anno Dñi. M.DC.LXV.

ACTA
CONCREGATIONIS
PROVINCIÆ HISPANIE ORDINI
DISPLACITIONUM, CELESTIALE IN CONGREGA-
TIONE DOMINICANA BEATISSIMI DOMINI IESU CHRISTI,
DIE 29 AGUSTI DOMINI MILLESIMO DOMINI MDCXVII
AD LITURGIAM DOMINI IN CATHEDRÆ
SANTÆ MARIE MAGDALENÆ BARCELONENSIS

1497
SAB. A. P. M. F. 10 ANNÆ MAJR.
Tunc de Barcelone, Vnde subiectus p[ro]p[ter]it uocem
suum, Capitulo et curia Nostre Dame in Cambrai
debet uocari Capitulacione Generali. Regula
debet uocari Generali Concilii Secundum Tempor-

anum. Et hoc uocari



VALLÈS-OLOT: ex Officinâ Iosuæ Sallustioris ac
FABIO SAGRA: Indumentiorum Immaculatioris
Acto-Domi. M.DCXVII.



H A E C S V N T A C T A
C O N G R E G A T I O N I S P R O V I N C I A -
lis Prouinciae Hispaniae Ordinis Praedica-
torum celebratæ in Couentu Regali San-
cti Dominici Benauentani Dominicæ Deus
qui errantibus die 26. Aprilis Anni Domini
1665. Sub R.A.P.M.Fr.Ioanne Marti-
nez de Prado, M. Supremæ Inquisitionis,
Senatu Calificatore, olim Primariæ Theo-
logorum Cathedræ in Universitate Cō-
plutensi Moderatore, & ibidem, Regen-
te emerito nostri Collegij Sancti Tho-
mæ, & Prouincialihuius Prouinciae. Diffi-
nientibus R.R.A.P.P.N. Fratre Ioanne
Sanchez, M. & Priore Vallis-Oletato; Fr.
Ioanne de la Cruz. M. & Priore Sanctæ Ma-
riæ de Atocha Matritensi; Fr. Mauricio
de Lezana, M. & Fr. Rodesindo Garcia,
præsentato, & Priore Benauentano.

DENVENTIATIONES.

Denuntiamus in hac nostra Congregatione lectum, & admissū faire editum Sanctæ Inquisitionis editum decima nona die Octobris, Anno Domini 1633. Et admonemus iterum, quod Priors, & Presidentes Conuentuum non tenentur illud notificare fratribus determinatè feria sexta post Octauam Asumptionis, sed sufficere illud legere quoties in Capitulo, vel refectorio acta capitulorum, & ordinationes leguntur pro ut alijs plures denuntiatum fuit.

Item denuntiamus in glossa nostrarum Constitutionum distinctione, t. cap. 2. sub litter. A. Et in Capitulo Romæ 1579. Et Barchinone 1574. Haberi, quod fratres non solum quando primū chorūm intrauerint velse præsentauerint ante diuinissimum, Eucharistiae Sacramentum, sed etiam quoties ante illud transierint non solum profunda inclinatione, sed etiam genuflexione reverenter adorare debent, quod in uiolabili ter præcipimus obserbari.

Denuntiamus in Capitulo Romæ 1569. & in Capitulo Placentiæ 1310. ordinatum esse, quod Priors, & eorum Vicarij, frates suis Conuentibus de
puz

putatos, extra terminos suorum Couentuum, non licen-
cient, nisi prograui infirmitate ipsorum, vel suorum
Parentum, vel propter eorum mortem, vel ad cui-
tandum graue scandalum, vel prouidenti necessi-
tate, vel utilitate Conuentuum, tunc de Consilio
discretorum plurium, in Capitulis etiam Romano
1601. & Vallis Olletano, 1605. hoc idem confirma-
tur, & additur Prioribus pena absolutionis à
sus officijs, nisi necessitas vera sit, & urgentissima
cum constet huiusmodi discursus magna parere incom-
moda, & scanda. Pro quarum ordinationū ob-
servantia, addimus quod Priors, neque cum
Consilio Patrum posunt, adhuc intradicā
per spatium unius anni licenciam dare, manen-
di extra domum ultra duos menses; quod si ur-
gentissima existente causa cum Consilio Pa-
trum licenciam extra dieā dederint, teneā-
tur quam primum per litteras cerciorem face-
re R.A.P.N. Prouinciale delicta, & causa.

Tandem denuntiamus in hoc nostro diffi-
cilliorio electum se iste in socium R.A.P.N. Pro-
uincialis, pro Capitulo generali proximè cele-
brando R.P. Fr. Ioannem de San Martin socium
suæ R.A.P.

ABSO-

ABSOLVITIONES.

ABSOLVIMVS omnes Supprios, & Vicarios Conuentuum non habentiū Priors, præter Supprios de Santiago, de Truxillo, de Cisneros, Saclices, Talauera, & Alcalà proper instantes electiones usque ad præsentiam Priorum in suis Conuentibus.

ACCEPTACIONES GRADUVM;

ACCEPTAMVS Magisteriū R.P. Fr. Thomæ de S. Vicente, Lectoris Sacrae Scripturæ in Regali Conuentu Sanctæ Crucis Segouiensis; R.P. Fr. Dominici de Subijana, & R.P. Fr. Petri Aluarez, Primariae Theologorum Cathedræ Sancti Thomæ Vniuersitatis Vallis-Oletanæ moderatoris.

Et Præsentaturas R. P. Magistri Gundisalui Daza Lectoris Theologiae Sancti Pauli Vallis-Oletani; R. P. Fr. Joseph de la Fuente, Lectoris Theologiae Sancti Pauli Burgensis, R. P. M. Fr. Ioannis de Bolibar, vespertinæ Theologorum Cathedræ in Vniuersitate Salmantina moderatoris, & R. P. Fr. Francisci de la Serna Regentis Collegij Sancti Gregorij Vallis Oletani, omnes ad titulum Lecturæ Theologiae Scholasti-

Cæ. g Et ad titulum Prædicationis, Præsentatu
sam R.P.M.Fr. Francisci Enriquez, Rectoris
Collegij Sæcti Gregorij Vallis Oletani; & Præ-
dicaturam generalem, R.P. Fr. Francisci Kodri
guez, pro Conuentu de Plasencia, & Prædica-
turam R.P. Fr. Ioseph de Salamanca, Prædica-
toris Sancti Dominici Benaventani, pro Con-
uentu de Leon.

EXPOSITIONES.

EXPONIMVS ad legendas sententias pro for-
ma, & gradu Magisterij exclusive, R. P. Fr.
Gasparum Salgado Lectorem Theologiae, Co-
uentus Sanctæ Mariæ de Atocha, & R. P. Fr. Il-
dephonsum de Celis, Lectorem Theologiae Sæ-
cti Pauli Valis Oletani, & R. P. Fr. Ildephonsum
Velazquez, Regentem Sancti Thomæ Abulen-
sis, & R. P. Fr. Franciscum Martinez, Lectorem
Theologiae Sanctæ Mariæ de Atocha, & R. P.
Iohannem de San Martin Sociū. R.A.P. Provinc-
ialis; omnes ad titulum Lecturæ Scholasticæ.
Item ad titulum Prædicationis, R. P. Fr. Tho-
mam de Balboa, Priorem Sancti Dominici de
Vitoria.

CREATIONES.

CREAMVS in Prædicatores generales, R.
P. Fr. Petrum de Rodecillas, Priorem San-
cti Thomæ Matritensis, pro Conventu Sancti
Dominici de Estella, & R. P. Fr. Julianum Nu-
ñez, Prædicatorem Sancti Petri Martyris Re-
galis Toletani pro Conventu de Palencia, & R.
P. Fr. Gasparum de Alarcon, Prædicatorem
Sancti Dominic de Zamora pro Conventu de
Ribadavia.

**PRÆCEPTA AD OMNES, ET SINGU-
LAS PERSONAS.**

MANDAMVS in virtute Spiritus Sæcii & Sæ-
cæ obedientiæ, & sub præcepto formalí
omnibus, & singulis fratribus huius nostræ Pro-
uinciæ sequentia.

*Decella
rum in-
gressu.* **P**RIMVM ne duo, vel plures fratres simul
in aliqua cella fratrum huius nostræ Prouinciæ
coexistant; excipimus cellas Priorum, & magis-
trorum nouitorum; prosibi subditis. Licebit
autem ingredi cellas Magistrorum huius Pro-
uinciæ. Et denuntiamus, quod cellæ fratrum
post notificationem à signationum quādiu in
Conventu commorantur eodem prorsus præ-
cep-

cepto tenentur, quo cellæ aliorum Conuentualium: Et simul declaramus, quod si ille cuius cellam aliqui fratres ingredi possunt, ab ea absens fuerit protunc illam non gaudere tali præuilegio, seu licentia. Poterunt autem Patres Priores, seu Presidentes, non tamen Suppiores, nec Vicarij, cum sibi subditis dispensare; dummodo dispensatio non sit generalis, aut frequens, quæ post ultimum signum post complentorium nulla tenus fiat nisi sufficienti causa, & pro qualibet vice. Ab hoc præcepto non excipiuntur cellæ Conuentuales quando in eis contingat aliquem fratrem in firmari, nisi à Prio, vel Presidente Conuentus esse cellam in firmariæ declaretur.

Secundum ne quis adeat Monasteria Monialium, nec Beatarum, nec mulierum aliarum, in unum congregatarum, sub obedientia viuentium, nec ad eatus Ecclesias, nisi de licentia Prioris pro qualibet vice, quæ licentia in aliam dien transflata non valeat, nec dari possit a Suppioribus, aut Vicarijs (Prioribus in oppido existentibus.)

Tertium ne quis representationibus, seu Comœdijs, quæ i publicis histrionibus, qui hoc ex officio habent sunt interfit, nisi in Capitulis Ecclesiarum, in domibus Episcoporum, seu Reli-

*De non
ad eum-
do conue-
tus mo-
nialium.*

*Comœdi
asne re
presenta
tiones.*

giosorum, aut publicis Sanctorum solemnitatibus, & quod Prælati, aut Conuertuum Præsidentes Comœdias in domibus nostris fieri nō permitant (etiam spōte oblatas) nec fratres eas representare, aut ullo modo vestibus secularibus vti, nec Vicarij Monialium, Priorisæ, aut Superiorisæ permitant in suis Cōuentibus fieri quas cunque representationes, etiam si nō sint à publicis histrionibus, aut quod Sorores Comœdias aut alias quaslibet representationes representent aut quovis modo vestibus secularibus vtantur, quæ omnia sub predicto formalī præcepto mandamus.

ORDINATIONES.

ORDINAMVS ac mandamus quod fratres, ad quos quomodalibet studium attinet nullo modo permitant omitti in diebus lecti-
nibus lectiones, conferentias, aut conclusionem etiam prætextu exponēdi ad audiendas confessiones, nec hora consuetā varietur, nec in prædictis diebus dentur recreaciones, vigilia autē aëtus maioris, omittantur conferentiæ, non ta-
men dentur recreaciones, die vero sequenti da-
ri possint. Nec concedatur licencia exaudi-
re Conuentū recreationis causa titulo actus
maio-

majoris nisi in diebus assuetis , & in octauis autem Natiuitatis Domini Resurrectionis Penthecostes , & in octauo die solemnitatis Corporis Christi , & in recreationibus octo dierum ante Aduentum , & Quadragesimam, conclusiones, & conferentiæ omittantur, aut si forte hora lectionis, conclusionis, aut conferentiæ, specialis occurrat, prototo Conuentu occupatio. Nomine autem dierum lectiuarum intelligimus eos, in quibus iuxta disponendum inferius, Patres Lectores non tenentur Matutinis interesse , & qui iuxta nouam reformationem non seruantur a Populo ex pracepto, aut voto. Festa autem Imaginis S. P.N. Dominici in Soriano, Translationis eiusdem, & Angelici Doctoris S. Thomæ Aquinatis, & festum Sancti P. N. Francisci, Sanctæ Catharinae Martyris, & Sanctæ Theresie Virginis, dies lectiui non sint; quod si nulla die in hebdomada conferentijs Vaccauerint fratres quovis titulo etiam actus maioris, in conclusione, & conferentijs, feria quinta eiusdem hebdomadæ dispensamus, declarantes in praedicta ordinatione, neque Priors, neque Regentes dispensare posse, nisi ex urgentissima causa qualis est occupatio prototo Conuentu, vel aliqua similis. Quod si aliquis petierit a Priore dispensationem

tionem in predictis, sine causis a signatis teneantur Prior infligere poenam ieiunij in pane, & aqua.

In memoriam reuocamus ordinationē factā Romę anno Domini 1561. vbi sic dicitur. Tempus trienij Dialectice, Philosophiae, & Metaphysice deputetur, Sacrae vero Theologie, &c. Quo tempore ita distinguuntur letiones, ut altera sit speculativa ex prima parte, & prima secundae, vel etiam de incarnatione, altera vero moralis de secunda secundae, vel quarto sententiarum. Pro cuius ordinantis obseruantia præcipimus in primis Lectoribus Attium, quod primo anno legant dialectica præcepta, quæ sumulas, vocant, & Logicam; duobus autem annis sequentibus Philosophiā, & libros de generatione, & anima omnino integrè, & perfectè: Lectoribus vero Theologiaz, quod alter eorum alternatim legat, tractatus purè moralès ex secunda secundè à quæstione de iustitia, & iure usque in finem, vel de tercia parte à quæstionibus de partibus poenitentie usque in finem, alter vero materiam scholasticam de cæteris quæstionibus Summæ Theologiae.

Conclusiones durant per tres quadrates

Item ordinamus, quod conclusiones quotidiane durent ad minus per tres quadrantes horæ quibus omnino assistant omnes fratres Clerici

13 te hora,
C^om-
nē assis-
tant.
Circa cō-
ferentias

rici cuiuscunque sint antiquitatis, sicut, & ad
actus tam Theologiæ quam Artium.

Item ordinamus quod Lectores Artium, Dia-
lecticæ, Logicæ, & Philosophiæ alternatim ha-
beant conferentias communes, quilibet ex pro-
pria materia quibus omnes studentes Artistarū
intersint; taliter quod Lector Sumularū prima
die habeat conferentiam, sequenti die Lector
Logicæ, & tandem Lector Philosophiæ, & sic al-
ternando procedant usque ad finem cursus.

Item ordinamus, quod feria secunda, & quar-
ta non posit nisi cum infirmis, dispensati in esu
carnium: & declaramus quod quotidie dispen-
sare in ieiunijs constitutionum, non est dispen-
satio, sed dissipatio: & ordinamus quod primis
quindecim diebus post festum exaltationis Sā.
Crucis nec cum Lectoribus possint Priors
in ieiunijs dispensare.

Item ordinamus, quod assignationes quomo-
modo libet receptas infalibiliter notificet prio-
res, seu Præsidentes, & si ob urgentum causam
visum fuerit eas non notificare, teneantur R. A.
P. N. Provinziali renunciare, & quod nullus
Prior agsinitos detineat etiam prætextu petē-
di aliam assignationem pro suo, vel alieno Cō-
ventu, sub poena suspensionis a suis officijs per
duos menses.

Circa iei-
nia, C^om-
bini-
tiam &
carnibus.

Circa no-
tifica-
tio-
nes signa-
tionum.

Item

*Circumca-
riam ce-
giam nō
ingredie-
dam.*

Item ordinamus; ne quis curiam Regiam in-
grediatur nec eius suburbana, etiam causa susci-
piendi Sacros Ordines absque licencia R.A.P.
N. Prouincialis sub pœna quindecim dietum
in pane, & aqua, & Priuationis vocis actiæ, &
passiuæ per duos annos. Prior autem nostri hos
pitij Matritensis, & Procurator generalis eius-
dem curiæ teneatur cerciorem redere R.A.P.
N. Prouincialem, de transgresoribus huius or-
dinationis. Quod si in prædicta curia aliqui va-
gi aut criminosi debeant arrestari aut incarce-
rari, in hoc grauamine alternerent Conuentus de
Atocha, & Sancti Thomæ Matritensis.

*Circa St.
pendia
Mis-
sarium.*

Item ordinamus, quod nullus recipiat plus
quam quinquaginta stipendia Missarum, nisi li-
ber sit ab obligatione applicandi Missas, pro in-
tentione Conuentus, tunc enim accipere poten-
tit usque ad octoginta. Quod si quis plura acci-
piat, Communitati applicamus iuxta votū pau-
pertatis. Pro Conuentibus autem non recipia-
tur excessius numerus Missarum de quo diligē-
tissime inquiret R.A.P.N. Prouincialis, & iux-
ta quantitatem excessus, seuerissime puniet. Te-
neantur autem depositarij Conuentus cercio-
rem reddere R.A.P.N. Prouincialem si forte nu-
merus excessus recipiatur proportionabiliter
ad Conuentus.

Item quia iuxta ordinationem Capituli generalis Vallis-Oleti, anno 1605. depositiones fratrum ad brebe tantum tempus debent fieri; omnes usque depositatos asignamus illis Conuentibus in quibus sunt depositati, nisi cum aliquibus particularibus R. A. P. N. Pro Quintialis aliter disposuerit.

Item ordinamus, quod fratres exeentes ad petendas eleemosinas, non maneant extra Conuentum ultra octo dies, in petitione autem Trinitati, non ultra duos menses, & in petitione vni non ultra unum. Et qui in Quadragesima exierint ad audiendas confessiones non discedant a Conuentibus ante Dominicam in passione infalibiliter autem reuertantur ante feriā quintam Dominicā in Albis, In Adventu vero qui mittuntur ad contionandum die sequenti post concionem teneantur reuerti. Prioribus autem praecipimus sub poena suspensionis a suis officijs per quatuor menses infalibiliter infligenda, ut hanc ordinationem in violabilitate obseruari faciant.

Item ordinamus omnibus Prioris sub poena absolutionis a suis officijs, & sororibus, ut nichil cantent sive inchoro, sive in alio loco ubique quam a secularibus audiri ostro Vernaculo sermone, sed solum latine.

Item &c.

Circa moniales ne conuictus respatent alii cui aperata, &c. Item notum facimus decretum Santissimi Domini nostri Clementis octauij circa regimen monialium, ubi sic habetur: nulli ex Monialibus personas Ecclesiasticas, seculares, vel regulares, aut laicas, etiam consanguineas cuiuscumque sexus ad fores Monasterij altoqui, vel in eis apertis sistere, quacunque de canalicat, nec fores huiusmodi operiantur nisi ad introducendas, vel emitendas personas, res necessarias; & declaramus prædictum decretum comprehendere quoscumque consanguineos etiam Patres, & Matres monialum, & quocunque Religiosos, etiam si sint Praelati eiusdem Conventus, & stricte præcipimus in uolabilitate obseruari sub poena suspensionis officij Prioris, & absolutionis hostiarum, quæ opositum permiserint.

Circa rei gressum Puellarum ad habitum. Item ordinamus Vicarijs monialum, Prioris, & Supprioris, & quibus suis alijs ad quos, vel ad quas quomodolibet expectauerit, ut dicuntur. Nam admittant ad habitum nostri Ordinis sine in scriptis accepta licentia a R. A. P. N. Prouinciali, sub poena absolutionis a suis officijs, sub qua etiam poena mandamus, ne recipiat puerum ad habitum ante duodecimum annum.

Circa sorores, vi post Professio nem manent in Nouitiat Item ordinamus, quod sorores post professio nem sint in domo nouitarum nec sine licencia P. N. Prouincialis inde educantur. Item

Item ordinamus, quod in nullo conuiuio sive
 frati sive sororū, etiā titulo professionis foro
 ris, vel cuiuscumque festiuitatis apponātur sin-
 gulis præter consuetā, pictantiam ordinariam,
 nisi duæ aliae extraordinariæ.

Item quia præceptum de reformatione capu-
 torum impositum in Capitulo generali Romæ
 1650. non semel in hac nostra Provincia intima-
 tū sit, nec tamen caputia omnia ad normam ibi
 præscriptam redacta sint, ad monemus omnes
 fratres huius Provinciæ, ut quam primum capu-
 tia ad prædictā formam reducant, & R.A.P.N.
 Provincialis in vigilabit ut prædictum præcep-
 tum ab omnibus uniformiter observetur, si-
 cut etiam quod interiora vestimenta sunt decē-
 tia statui, & ordini nostro.

Item ordinamus, & stricte præcimus Priori-
 bus, quod omnino prouideant fratibus quota-
 nis de caligis, calcis, & tunica interiori, & post
 duos años, conferant scapularia, & tunicam ex-
 teriorem, quæ in propria specie, & informa ves-
 tium, & non aliter tribuantur, & omnino ante
 primam diē Ianuarij cuiuscumque anni; quod si
 prædicta die à Prioribus nō fuerint collata præ-
 dicta indumenta, depositarij Conventus teneā-
 tur certiorem reddere R.A.P.N. Provincialem
 sub pœna absolutionis ab officio,

*Circa disposi-
tionē
bonorum
fratrum
defuncto-
rum.*

*Circa per-
notatio-
nem ex-
tra Con-
uentum.*

*Circa co-
fessores,
Procura-
tores,
Vicarios
Monia-
lium, vt
præter
numerū
sibi Mi-
serū no-
aplicent*

18

*Circa dispositionē bonorum fratrum defu-
ctorū obseruetur cōsuetudo huius nostræ Pro-
vincie sepius stabilita.*

Item Ordinamus sub pœna quindecim dierū in pane, & aqua (quam Prælatus teneatur infligere, sub pœna suspensionis ab officio per qua- tuor menses) ne nullus frater pernoctet extra Cō- uentus nostri Ordinis, in locis vbi Conuentum habemus.

Item ordinamus, quæd Confessores, Procura- tores, Vicarij, & Parrochi Monaliū tres Missas celebrent pro Monasteriorum obligationibus; quas si Monasteria non habuerint; eas pro inten- tione R. A. P. N. Prouincialis celebrent, si verò Conuentus tot obligationes habuerint, vnam ad minus qualibet septimana Missam dicant ex his quæ personaliter ad eos pertinent, quam Mi- ssam ex nunc protū in foro conscientiæ in soli dum applicamus; vt autem harum Missarum ra- tiocinia expedite fiant, & omnis confusio vi- tetur, notum sit P. P. Vicarijs, Confessoribus, Parrochis, & Procuratoribus Monialium; quod à die qua præsentantur in suis Conuentibus omnes prædictæ Missæ in ratiotinijs conscriben- tur unde tantum teneantur (si forte in firmitate detenti in aliqua, vel aliquibus septimanis cæle- brare non posuerint) scribere R. A. P. N. Pro- uin-

vinciali, vel eius socio, quod Missas omissa
ratione erititudinis, ut in ratiocinijs, non com-
petentur sacrificia omissa.

Item ordinamus, quod Confessores, & Pro-
curatores Monialium earum non ingrediantur
Monasteria, nisi urgenti causa administrandi Sa-
cramenta, & de licentia Vicarij illius Conuen-
tus quod si non sit: Vicarius, duo ingrediantur
simul, & si unus tantum adsit asocietur Prioris-
sæ, vel Superiorissæ, sub pœna absolutionis à
suis officijs, & stricte præcipimus Prioris, ut
acurate inuigilent de Clauſura seruanda, ita ut
nullo prætextu ingressum cuiusvis personæ per-
mitant, simulque iniungimus, ut quaslibet litté-
ras obtentas iam, sive obtainendas à quacunque
persona cuiusvis qualitatis, aut sexus pro Mo-
nasteriorū ingressu, R, A.P. N. Prouinciali mi-
tant: Declarantes ipsum esse Prælatum propriū
præcise ad quem destinantur tales litteræ, vel
licentiae.

Et similiter ordinamus, quod Confessores, &
Procuratores Monialium, in oppidis vbi Con-
ventum fratrum habemus, in omnibus sint Prio-
ribus eorum subieoti, seu Præsidentibus, non
secus, ac ceteri Religiosi intalibus Conven-
tibus assignati. Etiam ordinamus, quod Vi-
carij, seu Confessores Monialium vulgarilia-

*Circa eos
dem ne
Monas-
teria in-
gredian-
tur Mo-
nialium;
nisi virgē
ti causa
etc.*

*Circa Vi-
carios sine
Confes-
sore Mo-
nialium,
ut que
ad eas bis
actis per
tinent le-
gare*

gere ac
idioma-
te Berna-
culo trās-
eribant.

Item ordinamus, quod transcribant omnia, quæ ex his ordinatio-
nibus ad eas quomodolibet spectat, & sorores
legere teneantur, quando leguntur ordinatio-
nes coram toto Conventu.

Circa ins-
titutio-
nes sig-
nationes
&c. Quæ
intratu-
os men-
ses nō fue-
rint noti-
ficatae.

Circa No-
vitiortū
Magis-
tros.

Item ordinamus, quod institutiones, assigna-
tiones, licentiae, & depositationes que intra-
duos menses a die concessionis notificatae non
fuerint: ipso facto sint nullæ solum que notificē-
tur à Præsidente Conuentus, aut eius licentia,
nisi cunfrater in via illas receperit.

Item ordinamus, quod Magistri Novitiorum;
nec hebdomadam faciant, nec ad illam noten-
tur, & quod locum obtineant immediatum post
huius Provinciæ Præsentatos, in domibus qui-
bus R.A.P.N. Provinciali villum fuerit. Nullus
autem deinceps fiat Novitiorum Magister in
consulto, R.A.P.N. Provinciali qui de Consil-
lio Patrum zelo, & Religione prestantium
omnes Magistros Novitiorum approbet assu-
mendos, & ex his quicunque tale officium lau-
dabiliter iudicio, R.A.P.N. Provinciales exer-
cuerit, per octo annos continuos: maneant in
perpetuum disp̄sati ab hebdomada facienda,
& à Matutinis, nisi in diebus festiuis: & regamus
R.A.P.N. Provincialiem, ut eos proponat ad
Prioratus.

Circare-
ci

Item ordinamus, ut summa cura adhibeatur
circa

circa receptionem nouitorum ad habitum, & Professionē: ne autem inepti, & minus habiles cum magno Religionis dispendio admitantur, examen illorum fiat a tribus Patribus examineribus iuxta normā nostrarum constitutionū simul existentibus in præsentia Prioris seu Præsidentis Conuentus. Et quod in receptione Novitorum ad habitum, & Professionem vota fratrum per schedulas, vel fauas admitantur, & regulentur a Prelato cum assistentia duorum antiquorum Patrum in Capitulo assistentium, & in Conuentibus Monialium cum assistentia Vicarij, vel Confessoris, ubi non fuerit Vicarius, & schedulæ regulentur coram Priorisa, vel Superiorisa, & in earum defectu coram duabus sororibus ex antiquioribus Conuentus.

Item ordinamus, quod non possint Lectores Theologiae, vel Supptiores eligi in Priores Conuentuum ubi actualiter legunt.

Item ordinamus ne fiant depositarij Conuentus, nisi de assensu ipsius in publico Capitulo, & quod ab officio, nequeant amoueri, nisi de Consilio Patrum quod si contigat Priorem ex dictis aliquem assignare velle, teneatur prius R. A. P. N. Provinciali manifestare assignandū officio fungi depositarij talis Conuentus.

Item ordinamus iuxta decretum R. P. N. Genera,

*Circa Le-
ctores
Theolo-
giae, &
Supptio-
res ne in
priorese
ligantur,
in Conue-
ntibus qui
bus offi-
cium
exercant
Circus depo-
starij -
Conuen-
tuum.
Circare i-
citatio-
nem san-
cti-*

neralis, vt singulis diebus post completorium fratres, & sorores recitent alta voce, & deuote per Chorus alternando tertiam partem Rosarij Beatissimæ Virginis Mariæ, secundum Ordinem Mysteriorum, sub pœna absolutionis a suis officijs infalibiliter Prioribus, & Supprioribus infligenda.

Circasup
priores
ne apli-
cent sibi
plures

Item ordinamus, quod Suppriores in Sede vacante, vel in quaunque Priorum absentia non applicent, sibi plures Missas quam, quæ eis communiter conceduntur.

Missas.
Circaen-
positio
nes confe
ffariorū

Item ordinamus, vt fratres ad audiendas Confessiones, & concionandum exponi non possint, nisi in studijs generalibus, inter quæ Papinolessem Vniuersitatem, & Conuentum Legionensem comprehendivolumus, & non approbentur, nisi ad sit saltim unus ex Theologis Lectorebus cum aliquo graduato huius Provincie vel ambo simul, & solum per triennium, quo ex pleto iterum examinentur: excipimus Lectores Artium, qui post institutionem examinantur, Lectores que casuum conscientiæ, qui per quatuor annos completos tale officium exercuerunt, & eos qui per nouem annos licentias, seu expositiones habuerint, quibus concedimus, vt post nouem annos decursos quibus gaudi si fuerunt approbatione queant simpliciter exposi-

exponi. Quod si quispiam in aliquo Conuento
 examinatus , reprobatus fuerit , nec examine-
 tur , nec examinatus approbari queat , nisi trans-
 actis , sex mensibus , quod si contrarium factum
 fuerit , totum irritum , & inane reddimus . Et ut
 tunc consularur conscientiae , & ministe-
 rios , prædicti examinatores cerciore reddant
 Priorem Conuentus de reprobatione suisub-
 diti , corum que conscientias in diem domini
 agrauantes iniungimus , ut examen cum sum-
 ma rectitudine peragant , & quod ad illud se-
 mel admisum approbare , vel reprobare teneā-
 tur . Declarantes in Capitulo Romano 1589. ex
 authoritate Apostolica Sixti Quinti Sancitum
 esse quod nullus admittatur ad sacerdotium , vel
 fratrum Confessiones audiendas , nisi perquin-
 que examinatores sufficiens iudicatus fuerit , &
 Venetijs 1592. confirmatum fuit , & (si necesse
 est) nouiter ordinatum , quod nullus possit secu-
 larium , vel etiam fratrum confessiones audire ,
 nisi prius fuerit à deputatis examinatoribus ap-
 probatus . Declaramus fratres expositos ad au-
 diendas confessiones , sacerdotium non posse
 fratrum , vel sororum confessiones audire , nisi
 de speciali licentia Prælatorum fratrum , vel so-
 rorum quorum , vel quarum confessiones sunt
 audiendæ : ut habetur in nostris constitucioni-
 bus

bus distinctione prima de nouitijs, cap. 14. Inter
ra G.

*Circa Le-
ctores ,
& Prae-
dicatores
quando
debeant
choro in-
tereſe.*

Item ordinamus, hius nostre Provinciae Lecto-
ribus, & Prædicatoribus, vt in maioribus Ec-
clesiæ solemnitatibus. In omnibus festis Beatissi-
mæ Virginis Mariæ, Sanctorum Apostolorū,
Euangelistarum, quatuorque Ecclesiæ Doc-
torum, & Sactorum nostri Ordinis, utrisque ves-
peris, Missæ que maiori infalibiliter intersint.
Et quod à studijs non vacent quando prædiqe
solemnitates in diebus proprijs non celebран-
tur, exceptis festis Anuciationis, & Sancti Tho-
mæ Aquinatis; & Prælati Summopere in vigi-
lentiæ obseruantia huius ordinationis, sicut
etiam in assistentia fratrum ad completorium,
Salve Regina, & tertiam partem Rossarij, nullū
abusum permitentes, nec dispensationem cō-
cedentes absque legitima causa. Neque Le-
ctores Artium qui cursum suæ lectionis perlege-
runt dispensare possint Patres Piores ab assis-
tentia Chori post primum suæ vacaturæ annum
completum, nisi de licentia R.A.P.N. Provin-
cialis.

*Circa Bu-
diorum
Regentes*

Item ordinamus, quod in Conuentibus vbi
plures sunt Magistri, antiquior eorum sit Re-
gens, eo tamem agymnasio absente Magister
qui succedit, & sic successive alias iuxta antiqui-
tatem

titem suorum graduum, ubi tamen viuunt tantum
adest, ipso facto sit Regens, non obstante qua-
cunque consuetudine, seu potius corruptela in
contrarium.

Item ordinamus, quod **Cathedralici Vniuersitatum Artium**, quam **Theologiae**, gaudeat
privilegijs quibus gaudere solent huius nostrae
Provinciae Lectores.

Item ordinamus, & præcipimus quod Priori-
bus de bonis Conuentuum tautum solbatur pre-
tium transportationis penderis hispanico Ser-
mone, de veinte arrobas; quod si quidquam am-
plius tributum fuerit, Suppriores, & deposi-
tarij teneantur etiam in foro conscientiae, sol-
vere, & restituere Conuentui.

Item ordinamus Prioribus sub poena suspen-
sionis per quatuor menses, & Lectoribus casu
concienciae, sub poena absolutionis alius officijs
quod habeantur conclusiones vis saltem in sep-
timana, & in Conuentibus, qui non vivunt ex elec-
mosinis omnibus diebus quibus habetur con-
clusio in dominibus studiorum, & duret conclusio
per dimidium horæ admissus. Quod si constet
per maiorem partem anni domum Caruisse Le-
ctore casum, aut cæsare ab exercitio conclusio-
num, Priores sint priuati voce actiua in elecio-
ne Provincialis futura, nisi in scriptis habeant

*Circa Vnū
uersitatē
Cathedra-
ticos.*

*circa as-
portatio-
nem bo-
norū Trío
rum*

*Circa Lec-
tores ca-
suū cōf-
cience.*

dispensationem à R.P. N. Prouinciali. Concedimus huiusmodi Lectoribus, ut sint Patres à Cōfilijs, & Lectores mensæ corrigan, & à Choro dispensentur diebus quibus conclusiones habentur, alijs autem diebus a Matutinis solum, nisi infestis duplicibus, & supra, & quæ à populo seruatur ex voto. In reliquis autem obediētijs, sicut alijs fratres segerant, hebdomadam faciant, & in tabula ad eam notentur.

*Circa cōcessiones
qua à R.
P. Gene
rali deri
uata fue
runt.*

Item denunciamus Romæ 1601. Concessione quinta ita haberi: Concedimus Prouincie Hispanie, ut licentie fratrum à R.P. Generali derivatae non mandentur executioni, donec Provinciali illius Prouincia notifcentur. Quod in amplissima forma nouissime confirmauit R.P. N.M. Generalis, & specialiter pro licentia adeundi curiam regiam, & ibi manendi, vnde virtute harum Concessionum suspendimus omnes licentias, tam pro Conuentibus, quam pro fratribus, & sororibus, donec constet de notificatione facta R. admodum P.N. Prouinciali, quod declaramus solum constare cum ab ipso fuerint vissæ, lectæ, & subscriptæ à sua R.A.P.

*Circa Ar
chivapro
uinctio
nibus.*

Item ordinamus, quod cum in pluribus Capitulis generalibus pluries sanctiū sit, in omnibus Prouincijs nostri Ordinis designando esse unum vel Plures Conuentus pro Archivis Pro-

vinciarum, declaramus designatos esse Conu-
 eum Sancti Thomæ Matritensis, & Conuen-
 tum Sancti Pauli Vallis Oletani; & præcipimus
 in virtute Spiritus Sanctæ, & Sanctæ obediæ,
 & sub præcepto formali, nec non sub pena ex-
 communicationis maioris latæ sententiæ ipsofa-
 & coincurrentia, hac vna pro tria Canonica ad-
 monitione præmissa, omnibus Prioribus, &
 Presidentibus nostrorum Conuentuum, & depos-
 sitarijs quod intra quatuor menses à noticia præ-
 sentium omnes litteras, vel Apostolicas, vel Ma-
 gistrorum ordinis, quæ quomodo libet ad bonū
 vel commodum Provinciæ pertinent, quas in
 Archiujs Conuentu reperint, originales trans-
 mitant respective Procuratori Generali Matri-
 tensi, vel Vallis-Oletano reponendas in prædi-
 ctis Archiujs Provinciæ; quod si vel intotum,
 vel in parte tangat commodum illius Conue-
 tui, & Provinciae sub eodem præcepto, & censu-
 rate teneantur saltim transcriptum authenticum
 prædictis Procuratoribus intra prædictum ter-
 minum transmittere.

Item ordinamus, quod nullus titulo Patriis,
 vel Reverentig nominent Iuvenes aut laicos
 nec titulo Paternitatis, nisi Magistros, Preſen-
 tatos, & Prædicatores Generales, Priors Con-
 ventuum, & Vicarios Conuentuum non habé-
 riemus.

Circa ti-
 talis Pa-
 ternita-
 tis, &c.

tium Priors, & eos qui tribus viciis prioratus officio sunt fuerint, & Lectores qui per sex annos integrum Theologiam Scholasticam legerint in hac nostra Provincia; & Priores sub pena suspensionis a suis officijs, per quatuor menses teneantur inuigilare de obseruantia huius ordinationis, & transgessores infalibiliter pena grauis culpæ punire.

Circa remissionē legitima r̄um.

Demum declaramus, & ordinamus, quod Priors nec pro se, nec pro fratribus qui Professionem iam emiserunt absque renuntiatione legitimæ bonorum, quomodo libet ad se attinentium non possint, nec cum consilio Patrum, nec cum consensu Conuentus remissionem, vel indulgentiam facere alijs consanguineis, vel quodolibet arientalibus sine licentia in scriptis obtenta, R. A. P. N. Provincialis, nisi qualitas non pertingat ad quantitatem 50. ducatorum monetæ Hispaniæ, & semper fiat de consilio Patrum & assensu maioris partis Conuentus.

Item denunciamus in hac nostra Congregatione iterum accepertum fuisse pro Conventu Sancti Dominici Compostelani studiū ab Emississimo D. D. Baltazar de Moscolo, Sanitate Romana Ecclesiæ Cardinali promotum, & fundatum.

Tandem præcipimus omnibus Superioribus sub

sub pœna absolutionis a suis officijs vt has nos
tras ordinationes quatuor in anno legere fa-
cita in publico Càpitulo, vel refectorio coram
toto Conventu.

INSTITUTIONES LECTORVM

casuum conscientiae.

I Instituimus in Lectorem de Zamora Fr.
Gregorium Gallo, Præsentatus ex eodem Co-
uentu.

In Lect. de Medina del Campo, Fr. Andream
Vrones, ex eodem Conuento.

In Lect. de Benavente, Fr. Didacum Camare-
go, ex eodem Conuento.

In Lect. de Vitoria Theologiz, quam artium
cū omnibus gratijs, & præuilegijs quibus gau-
dent Lectores Artium, Fr. Hyacintum de Gue-
bara, ex eodem Conuento.

In Lect. de Astorga, Fr. Philipum de caso, ex
Conuento de Trianos.

In Lect. de Huesca, Fr. Franciscum de Villanue-
ua, ex eodem Conuento.

